vel extra Regnum termino militari ad Moniaciam ad Turcicam vel aliis
quibuscunque occasionibus et legationibus expeditionem non differendo nullasque
motiones appellationis ad forum superius in formam Cancellariae solitam.

Brzostowski Tyrawskiemu Roborat.

Comparens personaliter coram officio actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus
Premisliensibus Generosus Matthias de Brzostowo Radoborowo Brzo-
stowski filius olim Generosi Adami de eadem Brzostowo Brzo-
stowski sanus mente et corpore existens alterius Generosi Brzo-
stowski [illegible] iurisdictionique suis quibuscunque propriis et competentibus
[illegible] praesenti iurisdictioni Castrensi Capitaneali Premisliensi quo ad actum hunc
attinet se cum successoribus ac bonis suis quasvis omnibus totaliter et ple-
narie incorporans et subiiciens publice palam ac libere recognovit.
Quia ipse cum Andrea Contractum inter se recognoscentem et tene-
rum Hieroslaum Tyrawski confecto se ac suos successores et
super bonis suis quasvis omnibus summisque pecuniariis habitis et habendis
[illegible] Hieroslao Tyrawski ac ipsius posteritati inscribit et obli-
gat praesentem Intercisam certam inter esse recognoscentem et eun-
dem Generosum Hieroslaum Tyrawski ratione certarum rerum et con-
ditionum in eadem Intercisa contentarum de actu et data
illius hic Premisliae feria tertia post Festum Sanctae Agne-
tis Virginis et Martyris proxime praeterita confectam et con-
scriptam manibus suis recognoscentis et eiusdem Generosi Tyraw-
ski subscriptam et sigillatam in omnibus eiusdem Intercisae clau-
sulis contractibus conditionibus punctis clausulis articulis vadio ac
rebus et ligamentis universis se recognoscentem pro suo interesse
stringentem firmiter tenere complere exequi ac inviolabiliter
observare eidemque et contentis illius omnibus tam in parte quam
in toto toties quoties opus fuerit satisfacere suo interesse
Intercisam praefatam ad Exceptionem illius praesentem robur et
Inscriptionem praesentem ad praedictam Intercisam eiusdem in toto refe-
rendo. Idque sub vadio Trium Millium florenorum Polonicalium per
Generosum recognoscentem et eius successores Generoso Hieroslao Tyrawski et
eius successoribus et posteris ob non complementum contentorum Intercisae praefatae om-
nium et singulorum se recognoscentem pro suo interesse stringentem tam
in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad solvendum
succumbendo. Pro quo quidem vadio ut praemisso ad solvendum
succumbendo ac re aliqua principali ex contentis Intercisae praefatae
non completa solvendo licitum erit memorato recognoscenti
Generoso Matthiae Brzostowski vel eius successoribus [illegible]
[illegible] Generosi Hieroslai Tyrawski vel eius posteros
[illegible] officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense [illegible]
[illegible] quo ad [illegible] in forum ad [illegible] Cancellariae.

Castellanus Premisliensis et Stuzenski Intercisam Roborant::

Comparentes personaliter coram officio et actis praesentibus Ca-
strensibus Capitanealibus Premisliensibus Magnificus Felicianus a Gro-
chowiec Grodowski Castellanus Premisliensis ab una. Et Generosus Nicolaus
Stuzenski parte ab altera sani mentibus et corporibus existentes a terris
districtibus iuribus iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competenti-
bus recedendo praesenti vero iurisdictioni Castrensi Capitaneali Premi-
sliensi quo ad actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis ge-
neraliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo pa-
lam publice libere ac per expressum recognoverunt et quilibet eorum
servis suo pro interesse recognovit. Quia ipsi se ac suos successores et
super bonis suis generaliter omnibus summisque pecuniariis quibusvis habi-
tis et habendis mutuo et invicem una pars alteri ac posteris utriusque
partis inscribunt et obligant praesentibus Intercisam certam inter
se recognoscentes ratione quarumvis rerum et conditionum in eadem
Intercisa contentarum de actu et data eiusdem hic Premisliae die Soder-
na in actu contenta confectam manibus propriis ab utrinque subscriptam et
sigillis communitam In omnibus et singulis Intercisae praefatae conditio-
nibus punctis clausulis articulis vadio ligamentis ac rebus ge-
neraliter universis firmiter tenere complere exequi ac inviolabiliter
observare eidemque Intercisae et omnibus illius contentis tam in parte
quam in toto satisfacere Intercisam praedictam ad Inscriptionem praesentem et
Inscriptionem praesentem ad praefatam Intercisam eiusdem in toto refe-
rendo. Idque sub vadio Duodecim Millium Sexaginta florenorum pecuniae
polonicalis per parem parti cum successoribus utriusque partis ob non com-
pletionem contentorum Intercisae praefatae omnium et singulo-
rum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum
succumbendo. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum
succumbendo ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa cum
plenitudine praemissis licita erit pars una promissa non tenens aut
eius successores ad instantiam partis alterius promissa tenentis
aut eius posterorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Pre-
misliense ex tunc recessu supradicto quo ad respondendum spectat me-
diante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio
stare iuri parere respondere vadiumque praetactum luere Inscriptioni
suae satisfacere ac rem iudicatam pati debebit ac tenebitur seque
ac suos successores ad eadem omnia obligat ex eadem terminum primi